SAN GEMINI HISTORIC ARCHIVES PROJECT
Realizzato e sponsorizzato dal
San Gemini Preservation Studies
e Associazione Valorizzazione Patrimonio Storico San Gemini Onlus
www.sangeministudies.org

ARCHIVIO STORICO COMUNE DI SAN GEMINI
Progetto di Digitalizzazione
Tutti i documenti originali e copie digitali fanno parte
dell' Archivio Storico Comune di San Gemini

Archivio Storico
Comune di San Gemini - TR

C
62/13

D.11 /bis

Laurentius Celsus Protonotarius Apostolicus Iur Vtriusq; doc:

magco dño Terre s.ti Gemini locumtenenti omnibusq; aliis et singulis Capitaneis Bargellis Baliuis executoribus et subexecutoribus quibuscumq; in eadem Terra s.ti Gemini consistentibus ac subditis eiusdem temporalem exercentibus illisq; vel illis ad quem vel ad quos presentes nre litere peruenerint salutem in dño et nris bnis omnipotentis immo verius dei Illmi et Rmi Card.lis Vrsini Camerarii obedire mandatis **Noueritis** qd nup vertente lite et causa coram mag.co dño Carolo Petro Com.lis et locumtenente in Terra s.ti Gemini pro Illmis et Rmis dnis Flauio Vrsino s.te Rom.e Ecclie Cardinali et dño Iuliano Vrsino secretario dnis et patronis dicte Terre Inter dnam Laurizam quondam Felicis Transalitis de Spoleto ex parte una et Cap.m Horatium ser Vlissis de eodem locos.ti Gemini ex altera partibus hinc et sup pos.ti cuiusdam petij Terre quod ad fauorem dte d Lauze pertendebatur supallegatis et deductis per easdem partes coram eodem mag.co dño locumtenente deuenerunt nullis iuribus ad hoc causam faciente et ea coram eodem mag.co dño locumtenente instructa et seruatis seruandis idem Ill.ris locumtenens suam in scriptis tulit et promulgauit diffinitiuam sententiam sub tenore qui.d **Viri** nomine repetito Inter dnas partes taliter pronunciamus declaramus et diffinitiue sententiamus prefatum Cap.m Horatium teneri et obligatum esse ad dandum et restituendum prefate dne Lauze et eidem relaxandum possessionem de qua in libello et processu apparet retinendam per eam iure pignoris et hipothece donec de suis doribus sibi sit ecutum et ita eundem Capitaneum Horatium condemnamus sicut etiam expressimus in presenti causa factis quasdam taxationem nobis et successoribus reseruamus et ita dicimus sententiamus declaramus condemnamus et reseruamus omni meliori modo quo ita est Carolus Ieronimus locumtenens et commissarius A qua quidem sententia diffinitiua in partibus lata fuit pro parte dni Capitanei Horatij ser Vlissis ad Illmum et Rmum Cardinalem Vrsinum antedictum appellatum ac de nullitate dicte sententie dictum quod appellationem et in quantum per dictum Illmum et Rmum Cardinalem admissa Tandem Idem Illmus et Rmus dnus Cardinalis quodam Rescripto de communi partium consensu per suam Illmam dominationem factum ac eius propria manu subscripto et non alio nec illo munito nobis presentari fecit tenor cuius qui sub tenore qui.d a tergo infra Al molto Reuerendo signor come fratello Mons. Il Protonotario Celso Iustiniano Molto Reuerendo Mons. come fratello Il suo locotenente nel mio di santo Gemino ha sententiato in una causa che pendeua auanti a esso tra una Madonna madonna laura moglie qui di Giuliano da Spoleto et Capitanio Horatio di Vlisse da Terni Gemino sopra el possesso di certa Terra laquale si pretende hipotecata a fauore della detta madonna Laura et perche el Capitanio Horatio ha appellato dalla detta sententia et e ricorso da me per quistitia Prego V.S. che sia contenta farmi piacere de intendere summariamente questa causa et spedirla conforme alla ragione et seli parerà che in prima se habbia da essequire cosa alcuna per conto del possesso essequisca quanto e di quistitia et a questo effetto le parti di comune consenso et di mia uolunta sene uengano da V.S. allaquale per la confidentia che ho in lei ho uoluto dar questa briga et nelli ricomando Di Casa a Vrbi di Gennaio 1589 Di V.S. Molto Reuerendo Come fratello Il Cardinal Orsino locus + sigilli quo rescripto per Nos reuerenter ut decuit recepto eidem mandatis dicti Ill.mi et R.mi dni Cardinalis morem gerere ut tenemur ambas partes ad informandum animum nostrum ac deducendum et probandum quicquid uellent et possent per omne genus probationis per unum e.s.tum dni Nri pp Cursorib. citari mandauimus et fecimus quibus aduenientibus comp.t in Iudicio legitime coram nobis Capitaneus Horatius ser Vlisses principalis pro se ex parte ex altera tamen quorumcumque procuratorum suorum ab eius constitutorum reuocationem et dnus Damianus Transalitis de Spoleto filius et procur dicte dne Laure prout de ipse procurationis mandato in actis notarij infrascripti elare constat et ipse in contradictorio iudicio auditis ac deductis et productis pro ipsa in de varijs et diuersis iuribus actis et instrumentis et presertim ex parte dte dne Laure sententia lata per mag.cum dnum locumtenentem Terre s.ti Gemini ex cuius dne Laure parte pretendebatur qd non esset locus appellationi alto qd pretendebatur esse sup merro possessorio et constitutionem egredi ne loco esse et quoniam in dicto rescripto Illmi et Rmi dni Cardinalis committitur si quid super dicto possessorio exequendum sit executioni demandemus Visis premissis et ante omnia per nos ac diligenter inspectis omnibus et singulis actis processibus instrumentis iuribus et munimentis in hoc causa quomodo per ambas partes exhibitis et productis quibuscumque ac eis discussis et digenter considerata Iantem D. Petrus Morsius s.tum dni nri pp Cursor Retulit in iudicio legitime coram nobis se die infrata qd instante Dicte dne Laure citasse d. Augustinum Panciarola in Rom. Curia causarum ac dicti Capitanei Horatij ex aduerso principalis procuratorem substituti pro ut de tue substitutionis mandato in actis notarij infrascripti legitima et fit fatta fides ad audiendum deferri Iuramentum in suppletamentum plene probationis quatenus opus sit pro ne conclusum et auditum sententia diffinitiua ac mandatum de immittendo in pos.ne bonorum de quibus agitur iuxta formam sententie alias in partibus in fauorem dicte dne Instantis late ac alia quecumque mandata desuper necessaria et opportuna decerni et relaxari ac exequi mandari petita illam diem Instantem eadem d Laura principali sine eius iure quia quidem profatus s.tum dni nri pp Cursoris relationem ac premittitur facta Comp.t in Iudicio legitime coram Nobis idem dnus Damianus filius et procur dte dne Laure et pretendebat ibi in hoc causa aduersus non comparuit neque causam si quam habebat rationabilem quare premissa minime fieri deberent dicere seu allegare curantes contumaciam accusauit ac eandem contumaciam refutantes et in eius contumaciam dtam dominam Lauram eius principalem stante qd agitur super merro possessorio in possessione realem actualem et corporalem dicti petij Terre de quo agitur immittendam iuxta formam sententie per dictum dnum locumtenentem sancti Gemini late ac mandatum desuper necessarium et opportunum decerni et relaxari per Nos debita cum instantia postulauit Nos Iure Laurentius Celsus Iudex et Commissarius profatus dilectum Augustinum Ianuarola ex adverso procuratorem non comparentem neque huiusmodi die seu termino in aliquo satisfacere curantem licet [illegible] ad audiendum diffinitiam [illegible] prout erat ex egente iustitia pro contumace reputauimus et in eius contumaciam attendentes postulationem dicti dni Damiani procuratoris Instantis fore iustam et rationi consonam et qd iusta petenti non est denegandum assertus eandem dnam Lauram uel pro ea eius legitimum procuratorem in possessionem realem actualem et corporalem dicti petij Terre iuxta pretensate sententie per prefatum mag.cum dnum locumtenentem s.ti Gemini late iuxta formam continentem et tenorem immittendam duximus et immittimus prout immittimus presentium pertenorem **Quapropter** V.o Mag.cum D. locumtenentem sup.ti ex parte nra imo uerius dei Ill.mi et R.mi dni Cardinalis auctoritate qua fungimur nobis attributa requirimus et hortamur atque dno attente rogamus quatenus statim uisis et receptis hinc inde uos uel quicumque superadictorum fueritis ex parte dte d Laure fueritis requisiti eandem d. Lauram uel pro ea eius legitimum procuratorem in possessionem realem actualem et corporalem dicti petij Terre immittatis ita mag.cum dnum locumtenentem sententiam latam forma continentem et tenorem **In quorum omnium** fidem eas presentes notari et conscribi fecimus et per notarium nostrum infrascriptum subscribi sigillique nostri quo in talibus utimur fecimus appensione munirii **Datum** Romae in edibus nris sub anno a Natiuitate Domini millesimo quingentesimo septuagesimo octauo Indictione Vndecima Pontificatus s.mi in Dno patris et dni nri dni Pij diuina prouidentia pape quinti anno tertio presentibus ibidem dno Joanne de Lagnerijs et Joanne Paulo de Archiuij Rom. Cur. scriptoribus testibus ad premissa vocatis habitis atque rogatis

Et ex parte petij terre posite in territorio sti Gemini sub vocabulo s.ti Laurentij iuxta res et bona heredum speratie et res et bona mariantelli Ruslai de dicta Terra vel alia Pub.ca [illegible] Appol. sp. Fab. notis

Ego Fabius Carratinus Archiuij Do. Cu. Scriptor. Cum premissis omnibus interfui: Scio hoc pro pub.ca mandati instrumento subscripsi et pub.ce rogatus exequutus publicaui.

L. Celsus

© Tutti i diritti d'autore al documento ed alla copia digitale appartengono all'Archivio Storico Comune di San Gemini, TR
© All copyrights to this document and to the digital copy belong to the Archivio Storico Comune di San Gemini, TR